



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

28. De Enthymemate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quam pretioso incumbat lecto, quam pellucido poculo bibat, sed quam bonus sit.

Hæc suaviter instillantur, probantque simul, & delectant: tum si rerum, quæ inducuntur, magna sit multitudo, latissimum præbent campum orationis.

Talem inductionem inuenies apud Tertulianum, libro de pallio cap. 2. ubi à cælo, elementis, hominibus, &c. probat omnia mutari.

Eiusdem generis sunt exempla, quorum usus frequens, probatio facilis, & efficax, nec impar delectatio, ut non immerito dicatur longum iter esse per præcepta; breue, & efficax per exempla; & ut ait Petrus Diaconus apud D. Gregorium, dialog. 11.

Exemplum nota vs.

In expositione virtutum, qualiter insynianda, atque commendanda sit virtus agnoscimus, in narratione vero signorum cognoscimus inuenta, ac reuera, qualiter detrahuntur: Et sunt nonnulli, quos ad amorem patriæ cælestis plus exempla, quam prædicamenta succedunt.

In omni genere orationis hæc argumentatio plurimum valet. Nescim tamen quod plerique faciunt, multorum exemplorum farraginem afferre, sed delectu, & parcitate temperare.

De enthymemate.

CAPVT XXVIII.

Enthymemata & epicheremata Rhetorum sunt iacula: Arque enthymematis quidem magnus est usus, cum præsertim omnes ingenii notiones, & sensa à Græcis vocentur enthymemata. Nec alia fuit mens Alcidis, cum *εὐνοίας τε & εὐνομηδίας ἐπινοίας* nominavit, inuentionum fecunditatem sermonisque vberem facilitatem.

Circa inspicia.

Magis acriter dicuntur Enthymemata, quæ sunt ex contrarijs conclusa, ut enim illa acutissima sunt, sic enthymematis nomen *ἄκρ' ἕξουσι* sibi vendicant. At verò, nec pressius sumptus, nec latius, vulgò vocantur enthymemata argumentationes ex propositione, & conclusionem constata; ut, insidiator fuit Clodius, igitur iusta nex homini illata.

Oratores qui circa hypothèses versantur, plerumque maiorem propositionem, ut notam, & communem omittunt, in minori verò toti sunt, & sic syllogismos traducunt ad enthymemata.

De epicheremate.

CAPVT XXIX.

Epicherematis nomen, si ratio ipsius spectetur, omni argumentationi commune est, & Alexander quidem in Topic. li. 8. *ἐπιχρημα* ait esse syllogismum dialecticum. Valgius aggressionem vocat: Celsus autem indicat, non nostram argumentationis tractationem, & æconomiam, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est, argumentum, quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum *ἐπιχρημα* dici. Verum discrimen istud tenue est, & imbecillum, cum non inchoatas tantum, sed omni ex parte perfectas argumentationes epicheremata nominari constet. Vfus obtinuit apud Rhetores, ut dicatur breuiter comprehensa ratiocinatio: cuius tres partes in vnus veluti propositionis corpus coalescant. Neque enim opus est omnia semper dilatare multis. Verbum intelligenti sat est.

Epicheremata quid.

De dilemmate.

CAPVT XXX.

Dilemma quod definitur à Suida, *τὸ διχῶς λαμβανόμενον ἀπορίαια*, argumentum ab vtraque parte concludens aduersarium, plurimum ad confutationes valet, ut, Si improbus est, cur vteris? si probus, cur accusas? Ad hoc genus pertinet *ἂν ἦν ἰσοπέτα*, quæ ex vtraque parte conuertitur.

Aristoteles Rhetoric. li. 2. huiusmodi proponit exemplum;

Sacerdos quædam dissuadebat filio, ne quando verba faceret ad populum. Nam si iniusta, inquit, suaseris, Deos habebis iratos; si iusta, homines. Id hoc pacto retor sit adulescens, Imò expedit orationem habere epud populum, quandoquidem si iusta dixerò, Dij me amabunt: si iniusta, homines.

Talis Protagoræ, & Euathli captio. Nicæ cum se illi in disciplinam Rhetoricæ tradidisset, grandi mercede pactus, ea lege, ut primo dicendi tyrocinio apud iudices euinceret; iam bellè eruditus mercedem negat. Dic illi dicit

Dilemma Aristoteli.

Dilemma Protagoræ.

Protagoræ Euathli.